



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 38. Maria Vidua Hungariæ Regina fatis functa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](#)

Sæcul XVI. ret. Ceterum præfati Joannis Mater  
A.C. 1558. erat Barbara Blumbergia. (\*)

§. XXXVIII.

*Maria Vidua Hungariæ Regina fatis  
 fundta.*

*Thuan. l. 21.* Porro Caroli V. obitum mox Mariæ So-  
*Hilarion de* roris, ac Hungariæ Reginæ, eidem  
*Coffe elog.* in paucis caræ mors sequebatur. Nata  
*des femmes* hæc erat Bruxellis Anno Christi mil-  
*illuſtr. Bel-* lesimo quingentesimo tertio die decima  
*car. comm.* tertia Septembbris, ac Ludovico Jagel-  
 loni Hungariæ Regi, qui in Mohacensi  
 prælio Auno Domini millesimo quingen-  
 tesimo vigesimo sexto occisus fuit, Anno  
 millesimo quingentesimo vigesimo primo  
 nupserat. Hujus obitu Maria ejus con-  
 jux tam intimo afficiebatur dolore, ut  
 licet a pluribus Principibus in conjugem  
 peteretur, constanter tamen secundas  
 nuptias recusaret. Præficiebatur ergo  
 a Carolo V. Fratre suo Belgii admini-  
 strationi, quod munus Anno Christi mil-  
 lesimo

---

(\*) Burcardus Gotthelfius Struvius in suo  
 Corpore Historiæ Germanicæ tom. 2. sect. 4.  
 period. 10. inquit: *Non desunt, qui Joannem  
 Austriacum non ex Barbara, sed ex longe il-  
 luſtriori, ac plane Principe fœmina procreatū  
 fuisse dicant, ita Strada, & Bayle.*

lesimo quingentesimo trigesimo primo in Sæcul. XVI.  
se suscepserat; Princeps enim erat tam ad animos sibi durante pace conciliandos, quam tempore belli ad ducendos exercitus peridonea. Eadem quoque, cum Francia Imperium bello invaderet, Folembratum, regium Palatium a Francisco I. erectum incendi jussérat: qua propter temporis progressu Henricus II. vicissim Mariaburgum incendit, quod ipsa qb venationum commoditates celebratum construi curabat, atque summis in delitiis habebat. Ceterum eadem ob suam prudentiam maximum totius populi amorem sibi conciliabat, rerumque summæ per viginti quatuor annos præserat usque ad vigesimam quintam Octobris diem Anni supra millesimum quingentesimi quinquagesimi quinti, quo, seu ineunte Anno Salutis nostræ millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto in Hispaniam contendit, ubi etiam die decima octava Octobris hoc Anno Salvatoris nostri millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo extremum diem clausit, postquam nequidem integrum Mensem Cæsari Fratri suo vita superstes fuerat. Tum iter parabat in Flandriam, ubi redux reliquos vitæ suæ dies transigere decreverat. Deprædicatur plurimum hujus Reginæ pudi-

A.C.1558.

Hist. Eccles. Tom. XLIII. F citia,

**Sæcul. XVI** citia, quamvis Galli, (\*) qui eidem  
A.C. 1558. infensi erant, calumniosis dicteriis, com-  
 positisque cantilenis ipsius honorem  
 proscindere non erubuerint.

§. XXXIX.  
*Herbipolensis Episcopus a Sicariis  
 occisus.*

**Thuani l. 21.** Septima post Caroli V. obitum die de-  
 num. 3. cima sexta Februarii, ut censem non-  
**Spond. ad** nulli, vel juxta alios decima quinta  
**hunc an.** Aprilis die Melchior Zobelius, qui Her-  
**num. 13.** bipoli

(\*) Forte Continuator hæc adeo ingenue  
 fatebatur, ut etiam sibi sua dictoria, quæ in  
 Carolum V. effuderat, facilius ignoscenda at-  
 bitraretur: haud tamen ingratum erit ipsius  
 etiam Thuani testimonium hac super re per-  
 cipere: Hæc Regina, inquit, 'cum pudicitia  
 accerrima vindex tota vita fuerit, a Gallis ta-  
 men dicteriis, & militari lascivia compositis can-  
 tilenis falso insimulata fuit, quasi cum Barbaro-  
 sono formoso admodum viro, sed in quo virtus,  
 ac fides plus forma pollebant, consueret, tam  
 ab hoc crimine abhorrens, ut nunquam a Ca-  
 sare exorari potuerit, ut cuidam ex primaria  
 nobilitate juveni, fratri percaro, qui unam ex  
 domesticis ipsius Virginibus corruperat, culpam  
 condonaret, palam interminata, sicubi illum  
 nanciseretur, vel in fratris comitatu, fore, in  
 extremo suppicio eum affici juberet.